Partie 2

Élimination radicale du rite romain antique, consacré infailliblement par Pie XII en 1947

Un rite antique identifié de forme constante d'avant l'an 300

Décision infaillible de Pie XII (Sacramentum ordinis du 30 septembre 1947)

Exemple de rite de l'an 400

Une forme invariable depuis avant l'an 300

Élimination radicale de la forme essentielle de rite latin

L'antiquité du rite traditionnel

- **Le Père Jean Morin (1591-1659), savant oratorien, a publié en 1655 un ouvrage remarquable aux sujets des *ordines* latin et orientaux.**
  - Il s'agit du *Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus secundum antiquos et recentiores Latinos, Graecos, Syros et Babylonios in tres partes distinctus*, dont une deuxième édition paraîtra à Amsterdam en 1695.
- **Plus tard, un bénédictin de Saint-Maur, Dom Martene (1654-1739), publie en 1700, une édition savante et remarquable de rigueur, rassemblant des pontificaux d'ordination de l'Eglise catholique depuis avant l'an 300 jusqu'à son époque.**
  - Il s'agit du ***De antiquis Ecclesiae ritibus libri quatuor***. Dom Martene fut le disciple de Dom Martin, et fut dirigé pour un temps par Dom Mabillon.
- **Dom Martene reprend des travaux du Père Morin.**


La décision infaillible de Pie XII

- **Les travaux scientifiques de recensions et de juxtaposition des rites (Père Morin, Dom Martène) ont permis d'identifier la forme invariable, essentielle, dans le rite latin, depuis plus de 17 siècles.**
- **A partir de tels travaux, Pie XII a désigné infailliblement les paroles de la préface qui constituent la forme essentielle du sacrement (*Sacramentum Ordinis*, 1947)**
  - ***Comple in Sacerdote tuo ministerii tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructum coelestis unguenti rore sanctifica*.**

Pie XII n'a pas créé un rite, il a simplement désigné la forme essentielle du sacrement dans un rite quasi bi-milllénaire

Un exemple de rite de l’an 400

***De antiquis Ecclesiae ritibus libri quatuor*.**
Dom Martene, bénédiction de Saint-Maur, 1700


DE ANTIQUIS ECCLESIÆ RITIBUS LIBRI QUATUOR.

Collecti ex variis insigniorum Ecclesiarum libris Pontificalibus, Sacramentariis, Missalibus, Breviariis, Ritualibus, seu Manualibus, Ordinariis seu Consuetudinariis, cùm manuscriptis tùm editis; ex diversis Conciliorum Decretis, Episcoporum Statutis, aliisque probatis auctoribus permultis.

LIBER PRIMUS.

Complectens Historicum de Disciplina in Sacramentorum administratione Tractatum.

PARS SECUNDA.

In qua de Pœnitentia, Extrema-unctione, Sacris Ordinationibus & Matrimonio agitur.

Studio & opera R. P. DOMNI EDMUNDI MARTENE, *Presbyteri & Monachi Benedictini è Congregatione Sancti Mauri.*

ROTOMAGI,
Sumtibus GUILLELMI BEHOURT, Illustrissimi Archiepiscopi Typographi.
M. DCC.
CUM PRIVILEGIO ET APPROBATIONE.

Rite de l’an 400

ORDO XV.

Ex ms. Pontificali insignis ecclesiæ Noviomensis, annornm 400.

ORDO QUALITER IN ROMANA ECCLESIA SACRI ORDINES FIANT.

Mense Martio prima sabbati hora sexta, mense Junio secunda sabbati hora tertia, mense Septembri tertia sabbati hora quarta, mense Decembri quarta sabbati hora quarta fiunt xii. lectiones, prænuntiante signo, facta collatione, innuit primo scholæ pontifex, & imponit antiphonam ad introitum. Ea finita, ex more dicit pontifex. Oremus. *Et diaconus.* Flectamus genua. *Postea* Levate. *Et sequuntur orationes subterannotatæ ad unumquodque de quatuor temporibus, & lectiones & gradual. Quinta lectio* Angelus Domini. *Sequitur.* Benedic. *Interim in ecclesia nemo audeat*

470 DE ANTIQUIS

CAPUT VIII. ART. XI.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & inclinato super hunc famulum tuum cornu gratiæ sacerdotalis, benedictionis tuæ in eo effunde virtutem. Per Dominum, &c. Per omnia sæcula sæculorum. Amen. Dominus vobiscum. Sursum corda. Gratia agamus Domino Deo nostro.

Præfatio.

Vere dignum & justum est, &c. Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum, *&c. usque* cælestis unguenti rore sanctifica. *Hic mittat chrisma in caput ejus in modum crucis:* Ungatur & consecretur caput tuum cælesti benedictione in ordine Pontificali, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti. Pax tecum. Et cum spiritu tuo. Hoc Domine copiose in ejus caput influat, hoc in oris subjecta decurrat, &c.

Consecratio manuum.

Unguantur manus istæ de oleo sanctificato & chrismate sanctificationis. Sicut unxit Samuel David in regem & prophetam: ita unguantur & consecrentur, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti, facientes imaginem sanctæ crucis Salvatoris nostri Jesu Christi, qui nos à morte redemit, & ad regna cælorum perduxit. Exaudi nos

Forme essentielle
désignée par Pie XII (1947)

Un autre rite d'avant l'an 500

ORDO XI.

Ex duobus mss. Pontificalibus Beccensis monasterii ante 500. annos exaratis.

INCIPIT ORDO DE SACRIS ORDINIBUS BENEDICENDIS.


P*Salmista, id est cantor, potest absque scientia episcopi, sola jussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero:* Vide ut quod ore cantas, corde credas; & quod corde credis, operibus probes.

Rite d'avant l'an 500

Forme essentielle Désignée par Pie XII (1947)

Un autre rite d’avant l’an 300 (Partie 1/7)

Rite d’avant l’an 300



ORDO XVIII.

Ex ms. Pontificali ecclesiæ Lugdunensis, ante annos 300. scripto, quod fuit usui ecclesiæ Tharentasiensi.

AD CONSECRATIONEM ET ORDINATIONEM ELECTI IN EPISCOPUM CONFIRMATI HOC MODO PROCEDATUR.

Sabbato namque ante Dominicam ad consecrandum illum statutam, hora vespertina, metropolitanus resideat super faldistorium in atrio ecclesiæ, vel in alio solio, vel quo maluerit loco paratum, & suffraganei episcopi duo ad minus, ad hoc specialiter convocati, à dextris & à sinistris ejus, super faldistoria parata, similiter resideant parati, amictu, alba, vel superpelliceo, stola, pluviali, mitra, & cambuca, libros pontificales super genua tenentes. Tunc archipresbyter vel archidiaconus ecclesiæ ad quam est electus, vel alius juxta morem ecclesiæ, indutus amictu, alba, & casula, vel pluviali, si sit mos, deductus hinc & inde à duobus canonicis ejus ecclesiæ, veniant coram metropolitano & flexis coram illo genibus à remotis, benedictionem petat, dicens in tono lectionis : Jube domne benedicere. *Respondeat metropolitanus in eodem tono voce mitiori :* Nos regat & salvet cælestis conditor aulæ. *Deinde idem archipresbyter vel archidiaconus appropinquet paululum, iterum genuflectens, & benedictionem simili modo petat dicens :* Jube domne benedicere. *Respondeat metropolitanus :* Nos Dominus servet, custodiat, atque gubernet. *Tertio etiam surgat, & iterum paululum procedat, genuflectens*

ECCLESIÆ RITIBUS. LIBER I. 509

coram illo, & petat benedictionem dicens : Jube domne benedicere. *Respondeat metropolitanus :* Gaudia cælorum det nobis rector eorum. *Benedictione itaque completa, interroget eos metropolitanus, & suffraganei etiam eadem tacite dicant :* Fili mi quid postulas ? *Respondeat archidiaconus :* Ut Deus & Dominus noster concedat pastorem. *Interrogatio :* Habetis verum ? *Respondeat :* Habemus. *Interrogatio :* Est de ipsa ecclesia, an de alia ? *Respondeat :* De ipsa. *Interroget :* Quid vobis complacuit in illo ? *Respondeat :* Sanctitas, castitas, humilitas, benignitas, & omnia quæ Deo placita sunt. *Episcopus interroget :* Habetis decretum ? ℟. Habemus. *Et metropolitanus dicat :* Legatur, *Tunc proferatur, & legatur decretum hoc modo.* CAPUT VIII. ART. XI.

Reverendissimo in Christo patri & Domino domno N. metropoliticæ sedis dignitate conspicuo, Capitulum N. ecclesiæ totius devotionis famulatum : Credimus vestram non latere celsitudinem, quod nostra ecclesia suo sit destituta pastore, quæ siquidem solatio proprii est destituta rectoris : quapropter ne pastore absente, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Si vero decretum sub forma per nos in speculo judiciali tradita formatum extiterit, vel utilius est forma ipsa, legatur, vel litteræ apostolicæ provisionis seu confirmationis, si existent, legantur Sane decreto lecto, prosequatur metropolitanus, & dicat : Videte ne aliquam promissionem vobis fecerit, quia simoniacum & contra canones est. ℟. Absit. *Et metropolitanus dicat :* Ducatur.

Tunc metropolitanus vel archipresbyter, exhibito decreto, ipse metropolitanus revertatur cum canonicis suis, sicut venerunt, ad vestiarium ; & ibi deponat vestes. Accensis autem cereis, electus adhuc jejunus pluviali vel planeta, si sit, mox paratus, ducatur processionaliter coram metropolitano, præcedentibus eum canonicis ecclesiæ ad quam est electus, archidiacono, & archipresbytero ecclesiæ metropolitanæ hinc inde deducentibus eum ; & stans convenienter remotus ab illo flectat genua, petat benedictionem dicens : Jube domne benedicere : *Respondeat metropolitanus in eodem tono voce minori :* Spiritus-sancti gratia illuminare dignetur corda nostra. *Deinde surgens, & procedens paululum, iterum genuflectat dicens :* Jube domne benedicere. *Respondeat metropolitanus :* Ignem sui amoris accendat Deus in cordibus nostris. *Rursus surgens, & adhuc paululum appropinquans & genuflectens dicat tertio :* Jube domne benedicere. *Respondeat metropolitanus :* Dominus custodiat introitum tuum. *Respondeat.* Amen.

Tunc interroget eum metropolitanus : Fili mi quid postulas ? *Respondeat electus :* Sanctissime Pater, confratres mei elegerunt me licet indignum sibi præesse pastorem. *Interroget metropolitanus :* Quo honore fungeris ? *Respondeat electus :* Presbyteratus, *vel taliter. Interroget metropolitanus :* Quot annos habes in presbyteratu. *Respondeat electus :* Decem, *vel tot. Si vero forsan ipsa die vel infra breve spatium fuerit ab eo in presbyterum ordinatus, respondeat :* Tu scis, Domine. *Interroget metropolitanus :* Habuisti conjugium ? *Respondeat electus :* Minime. *Sed si forte habuerit, & per ipsum consecratorem ejus electio examinata & confirmata fuerit, tunc*

Un autre rite d'avant l'an 300 (Partie 2/7)

CAPUT VIII ART. XI.

respondeat : Tu scis, Domine. *Interroget metropolitanus :* Disposuisti domui tuæ ? *Respondeat electus :* Disposui. *Interroget metropolitanus :* Qui libri leguntur in ecclesia tua ? *Respondeat electus :* Eptaticus, Prophetarum, Evangelium, Apocalypsis, Epistolæ Pauli, & reliqua. *Interroget metropolitanus :* Nosti canones ? *Respondeat electus :* Doce nos, Domine. *Et tunc metropolitanus dicat :* Vide ordinationes si feceris, ut certis temporibus facias, id est jejunio primi, quarti, septimi, & decimi mensis. Bigamos aut curiales, aut de servili conditione ad sacros ordines ne provehas, à simoniaca vero hæresi te omnino custodias : dabitur tamen tibi edictum de scrinio nostro, qualiter debeas conversari. Vide autem ne aliquam promissionem pro hac causa feceris, quia simoniacum & contra canones est. *Respondeat electus :* Absit. *Et tunc metropolitanus dicat :* Tu videris. Quia ergo omnium in te vota conveniunt, hodie abstinebis, & cras Deo annuente consecraberis. *Respondeat electus :* Præcepisti, Domine. *Sed si expediat dispenset cum illo ut comedat. Tunc deputet ei aliquem discretum de sua ecclesia confessorem cui peccata sua confiteatur.*

Et mox consecrandus ad terram prosternatur. Tunc metropolitanus incipiat hanc antiphonam : Confirma hoc Deus, &c. *Postea metropolitanus dicat :* ℣. Salvum fac servum tuum. Deus, &c. *Oratio.* Actiones nostras. *Tunc illo surgente, & data per metropolitanum benedictione.* Sit nomen Domini benedictum, &c. *discedant singuli ad domos suas. Quædam tamen ecclesiæ non faciunt præmissum scrutinium, sed mane die dominico proceditur prout sequitur.*

Dominica itaque die sequenti contra mediam tertiam metropolitanus intrans ecclesiam in qua debet consecrari electus, ingreditur vestibulum sive sacrarium, indutus pontificalibus indumentis, sicut missam celebraturus. Deinde egrediatur à sacrario, cum episcopis præsentibus, indutis amictibus, albis, vel superpelliceis, stolis, & cappis, seu pluvialibus, cum mitris & cambucis, & cum diaconis, & subdiaconis, & reliquis ministris, prout est mos procedendi sollemniter in Dominicis diebus ad missam ; & electus paratus amictu, albæ, vel superpelliceo, stola, cinctorio, & pluviali tantum, deductus à duobus episcopis hinc & inde post eos, sicque usque ad altare procedant. Tunc consecrator resideat super faldistorium paratum coram altari verso dorso ad ipsum altare. Ceteri quoque episcopi super sua faldistoria parata hinc inde à dextris & à sinistris ejus inferius in choro ecclesiæ seriatim sedent, quasi choros facientes, libros pontificales supra genua tenentes. Deinde duo episcopi ductores stantes in inferiori parte chori ecclesiæ, post episcopos, medium tenentes electum, contra faciem consecratoris, offerant illum sibi alta voce dicentes : Reverende Pater, postulat sancta mater ecclesia catholica N. hunc præsentem presbyterum ad onus episcopatus digne mini sublimare. *Et consecrator dicat :* Scitis illum esse dignum ? *Respondeant episcopi :* Quantum humana fragilitas nosse sinit, scimus & credimus illum esse dignum. *Respondeant consecrator & alii episcopi :* Deo gratias. *Si autem electus de alio episcopatu fuerit, dicat consecrator :* Quia pastorali regimine eum provehi postulatis, oportet ut frater & coepiscopus

CAPUT VIII. ART. XI.

noster N. ecclesiæ cujus filius existit ab omni jugo ecclesiasticæ disciplinæ eum absolvat ; quatenus ecclesiam cui præesse debet cum omni libertate regat. *Si vero episcopus cujus est electus clericus præsens fuerit, dicat :* Absolvo. *Quod si episcopus ille absens est, præsententur ejus litteræ super absolutionem electi.*

Deinde dicat episcopus consecrator : Quia sanctorum Patrum docet auctoritas, ut nullus invitis detur episcopus, oportet nos scire si hujus electioni favet clerus & populus. *Respondeant episcopi :* Assunt, Pater, clerici N. electionem ferentes : *Tunc dicat consecrator :* Veniant & audiamus. *Tunc legatur electio videlicet :* Reverendissimo in Christo Patri & Domino, &c. *ut in Pontificali Romano. Postea dicat consecrator :* nunc accedat ut audiamus cujus fidei & conditionis existit. *Tunc electus sedeat super faldistorium in medio chori post episcopos contra faciem consecratoris sibi paratum, assistentibus sibi archidiacono, archipresbytero, & canonicis suis. Prædicti vero episcopi ad faldistoria sua preparata redeant ad sedendum, & consecrator media voce in modum lectionis incipiat sequentem examinationem Carthaginensis concilii. Ceteri vero episcopi prosequantur submissa voce, & dicant quæcumque dixerit consecrator : & omnes debent tunc mitras tenere, & sedere. Ecclesia vero Romana quia non curat de scrutinio serotino, incipit hoc officium consecrationis priusquam fiat confessio ante missam. Die tamen præcedenti indicitur consecrando jejunium, & ei aliquis cardinalis deputatur confessor.*

EXAMINATIO QUÆ INCIPIT.

Consecrator absolute. Antiqua sanctorum Patrum institutio docet & præcipit, ut is qui ad episcopatus ordinem eligitur, maxime ut legimus in canone Carthaginensi, antea diligentissime examinetur, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Vis ea quæ ex divinis, &c.

Vis traditiones orthodoxorum Patrum ac decreta Romanorum Pontificum, sanctæ & apostolicæ sedis constitutiones veneranter suscipere, docere, atque servare ? ℟. *Electus.* Volo.

Vis B. Petro apostolo cui à Deo data est potestas ligandi atque solvendi ejusque vicario sanctissimo in Christo Patri & Domino N. Summo Pontifici ejusque successoribus canonice intrantibus fidem & subjectionem per omnia exhibere ? ℟. *Electus.* Volo.

Vis mihi & ecclesiæ Lugdunensi *(in margine alia manu* Tharentasiensi*)* ejus ministro, & successoribus meis fidem, subjectionem, & obedientiam, secundum canonicam auctoritatem exhibere ? ℟. *Electus.* Volo.

Vis mores tuos ab omni malo temperare, & quantum poteris, Domino adjuvante, ad omne bonum commutare ? ℟. *Electus :* Volo.

Vis talis esse qualem docet Apostolus episcopum esse debere, scilicet sobrium, pudicum, prudentem, ornatum hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non turpis lucri cupidum ? ℟. *Electus.* Volo.

Un autre rite d’avant l’an 300 (Partie 3/7)

CAPUT VIII. ART. XI.

Vis caſtitatem & ſobrietatem mentis & corporis cum Dei auxilio cuſtodire, & eam tibi ſubditos docere, nec ſolum eos docere qui juxta apoſtolum pudice vivere debent, ſcilicet ſacerdotes, diacones & miniſtros, ſed etiam paſtorali auctoritate coercere? ℟. *Electus.* Volo.

Vis ſemper in divinis eſſe negotiis mancipatus, & à terrenis occupationibus vel lucris turpibus eſſe alienus quantum te humana hæc fragilitas, Deo donante, poterit poſſe conſentire? ℟. *Electus:* Volo.

Vis humilitatem & patientiam in te ipſo cuſtodire, & alios ſimiliter docere? ℟. *Electus:* Volo.

Vis pauperibus & peregrinis omnibuſque indigentibus eſſe propter nomen Domini affabilis & miſericors? ℟. *Electus:* Volo.

Et tunc dicat ei conſecrator voce aliquantulum ſubmiſſa magis: Hæc omnia & cetera bona conferat tibi Deus, teque cuſtodiat, & corroboret in omni bono. *Et reſpondeant omnes epiſcopi.* Amen.

Poſtea interrogent eum de fide & ſacramentis ita dicentes:

Credis ſecundum intelligentiam & capacitatem ſenſus tui ſanctam Trinitatem, id eſt Patrem & Filium & Spiritum-ſanctum, unum naturaliter atque eſſentialiter eſſe Deum omnipotentem, æternum, & incommutabilem, neque tamen ipſum Patrem eſſe, qui Filius eſt; nec Filium eſſe qui Pater eſt, nec Spiritum-ſanctum ipſum eſſe qui Pater aut Filius eſt: ſed Patrem ſemper Patrem, Filium ſemper Filium, Spiritum-ſanctum ſemper Spiritum-ſanctum, & illas tres perſonas non tres Deos, ſed unum Deum vivum & verum, totamque in Trinitate deitatem coeſſentialem, & conſubſtantialem, coæternam, & coomnipotentem, unius voluntatis, poteſtatis & majeſtatis, creatorem omnium creaturarum, à quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quæ ſunt in cælo & in terra, viſibilia & inviſibilia, corporalia, & ſpiritualia? *Reſpondeat electus:* Aſſentio & ita credo.

Credis ſingulam, quamque in ſancta Trinitate, *&c. cum quatuor ſequentibus interrogationibus ut in Pontificali Romano.*

Credis panem qui in menſa Domini ponitur, panem tantummodo eſſe ante conſecrationem; ſed in ipſa conſecratione ineffabili potentia divinitatis converti naturam & ſubſtantiam panis in naturam & ſubſtantiam carnis; carnis vero nullius alterius, ſed illius quæ concepta eſt de Spiritu-ſancto, & nata ex Maria Virgine. ℟. *Electus:* Credo.

Credis ſimiliter vinum quod aquæ mixtum in calice ſanctificandum proponitur, vere & eſſentialiter converti in Sanguinem, qui per lanceam militis de vulnere Dominici lateris emanavit? ℟. *Electus:* Credo.

Anathematizas etiam omnem hæreſim, *&c. uſque ad finem examinis, ut in Pontificali Romano.*

Expleto itaque ſcrutinio, præfati duo epiſcopi qui prius deduxerunt, & præſentaverunt electum, ducant eum ad conſecratorem, & ipſe electus oſculetur reverenter manus illius. Tunc metropolitanus cum miniſtris ad altare converſus faciat ſolito more confeſſionem, conſecrando à dextris ejus manente, & omnes epiſcopi ante ſedes ſuas ſtantes faciant ſimpliciter cum clericis ſuis confeſſionem.

CAPUT VIII. ART. XI.

confeſſionem. Et facta itaque confeſſione, metropolitanus aſcendat ad altare, cantore antiphonam ad introitum inchoante, præmiſſi vero epiſcopi ductores ducant illum poſt altare: quo ibi dimiſſo, redeant ad ſedes ſuas in choro, & in ordine epiſcoporum; & archidiaconus & acolyti induant illum caligas, ſandalia, tunicam, dalmaticam, caſulam, & omnia pontificalia, annulo, mitra & chirothecis exceptis.

Illud autem notandum eſt quod eccleſia Romana propter ordinationes epiſcoporum numquam mutat officium diei: dicunt tamen pro officio conſecrationis collectam Adeſto ſupplicationibus noſtris, *& ſecretam, & poſtcommunionem infra ſcriptas. Aliæ vero eccleſiæ plures dicunt miſſam de ſancto Spiritu. Et aliæ dicunt miſſam ſequentem.*

Introitus.

Benedixit te hodie Deus, & unxit te oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Memor eſto nominis Domini Dei tui. *Pſal.* Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. *Nec dicant* Kyrie eleiſon, *quia ſtatim in litania ſubjicietur. Sequitur collecta quæ dicitur ſub uno* Per Dominum *cum principali collecta diei.*

Oratio. Adeſto ſupplicationibus, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Lectio epiſtolæ B. Pauli apoſtoli ad Timotheum: Cariſſime, fidelis ſermo, ſi quis epiſcopatum deſiderat, *&c. uſque* doctrinam Dei noſtri ornet in omnibus.

℟. Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua. ℣. Congregate illi ſancti ejus, qui ordinaverunt teſtamentum ejus ſuper ſacrificia.

Finito Graduali, præmiſſi duo epiſcopi qui eum prius deduxerunt, planetis induti, deducant eum ad gradus ante altare. Tunc conſecrator ſedens ante medium altaris verſus ad illum dicat:

Epiſcopum oportet judicare, interpretari, conſecrare, confirmare, ordinare, offerre, & baptizare.

Deinde ſtans dicat ad circumſtantes:

Oremus, dilectiſſimi nobis, ut huic viro N. ad utilitatem eccleſiæ provehendo benignitas omnipotentis Dei gratiæ ſuæ tribuat largitatem. Per. *Reſpondeant epiſcopi.* Amen.

Et mox tam conſecrator quam epiſcopi & electus accumbant ſuper faldiſtoria parata coram altari; ita quod electus maneat à ſiniſtris conſecratoris, miniſtri etiam & alii ſe ſuper ſtragmenta proſternant. Et cantor incipiat letaniam dicens: Kyrie eleiſon, *& proſequendo totam. Poſtquam autem dixerint verſum illum:* Ut obſequium ſervitutis, *ſibique à choro reſponſum fuerit; tunc conſecrator ab accubitu ſuo ſurgens, & ad conſecrandum ſe volvens, baculum paſtoralem cum ſiniſtra tenens dicat primo:* Ut hunc præſentem fratrem noſtrum N. electum pontificem in vera religione conſervare & bene † dicere digneris. *Secundo dicat:* Ut hunc præſentem fratrem noſtrum N. electum pontificem in vera religione conſervare, bene † dicere, & ſancti † ficare digneris. Te rogamus audi nos. *Tertio dicat:* Ut hunc præſentem fratrem noſtrum N. electum pontificem in vera reli-

Tom. II. TT 2

Un autre rite d'avant l'an 300 (Partie 4/7)

Forme essentielle désignée par Pie XII (1947)

CAPUT VIII ART. XI.

gione conſervare, bene † dicere, ſancti † ficare, & conſe † crare digneris, *producendo ſemper ſignum crucis ſuper illum. Idem faciant & dicant ceteri epiſcopi, proſtrati tamen ſemper manentes, choro etiam hæc eadem reſpondente.*

Deinde iterum accumbat, cantore reſumente letaniam & proſequente uſque in finem. Qua finita, ſurgunt omnes, & conſecratore ante altare ſtante, vultu ad chorum verſo, & electo ante illum genuflectente, conſecrator aperiat codicem evangeliorum ponens illum ſuper caput & ſcapulas conſecrandi, & duo epiſcopi ſuſtineant illum, littera ex parte inferiori manente. Tunc ordinator imponat utramque manum ſuper caput illius dicens : Accipe Spiritum-ſanctum. *Idemque faciant & dicant omnes epiſcopi, tam tenentes librum, quam alii ſucceſſive. Quo facto, illo genuflectente, dicat ordinator media voce, & etiam alii epiſcopi ſubmiſſa tamen voce cum ipſo.*

Oratio. Propitiare, Domine, &c.

Deinde dicat conſecrator voce mediocri, junctis manibus ante pectus, & alii etiam epiſcopi tenentes libros idem dicant ſubmiſſa voce.

Præfatio.

Per omnia, &c. Deus honorum omnium &c. *uſque* rore ſanctifica. *Hic incipiat conſecrator flexis genibus ſequentiam :* Veni ſancte Spiritus. *Et mox ſurgens dum cantatur mittat chriſma in caput illius in modum crucis, circumligato prius capite lineo panno retorto, ne unguentum defluat in capillos. Perungens cum pollice dextræ manus totam tonſuram; & tam ipſe quam alii epiſcopi dicant quaſi legendo :* Unguatur & conſecretur caput tuum cæleſti benedictione in Ordine Pontificali, in nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus-ſancti †. *Reſpondeant epiſcopi.* Amen. *Et conſecrator.* Pax † tibi. *Reſpondeant epiſcopi.* Et cum ſpiritu tuo. *Et ſi plures ſunt qui conſecrantur, hoc in perſona cujuſlibet ſingulariter repetatur.*

Sed ſecundum morem quarumdam eccleſiarum omnes epiſcopi, qui adſunt ſimiliter perungunt ſucceſſive caput illius manibus ſuis, & ſinguli dicunt : Unguatur & conſecretur, *&c. ut ſupra; quod nec juri nec Eccleſiæ Romanæ conſuetudini conſentaneum eſt.*

Expleta unctione, & finita ſequentia, Pontifex reſumat iterum in priſtino tono, & dicat : Hoc Domine copioſe, &c. *uſque* poſſit eſſe devotus. *Quod ſequitur dicat plane quaſi legendo.* Per Dominum. *Et reſpondeant omnes epiſcopi.* Amen.

Item alia oratio.

Pater ſancte, omnipotens Deus, qui per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ab initio cuncta creaſti, & poſtmodum in fine & per crucem ſecundum pollicitationem quam Abraham patriarcha noſter acceperat, eccleſiam quoque ſanctorum congregatione fundaſti, ordinatis rebus per quas legibus à te datis diſciplinæ religio regeretur; præſta ut hic famulus tuus ſit miniſteriis cunctiſque fideliter gerendis officiis dignus, ut antiquitus inſtituta ſacramentorum poſſit myſteria celebrare, per te in ſummum ad quod aſſumitur ſacerdotium conſecretur, ſit ſuper eundem benedictio tua, licet manus noſtra ſit porrecta. Præcipe, Domine, huic

CAPUT VIII ART. XI.

paſcere oves tuas, ac tribue ut in commiſſi gregis cuſtodiam ſollicitus paſtor invigilet. Spiritus huic ſanctus tuus cæleſtium cariſmatum diviſor aſſiſtat, ut ſicut ille electus gentium doctor inſtituit, ſic juſtitia non indigens, benignitate pollens, hoſpitalitate diffuſus, ſervet in exhortationibus alacritatem, in perſecutionibus fidem, in caritate patientiam, in veritate conſtantiam, in hæreſibus ac vitiis omnibus odium ſciat, in æmulationibus neſciat, in judiciis gratioſum eſſe ſinas, & gratum eſſe concedas, poſtremo à te omnia largiter diſcat, quæ ſalubriter tuos doceat, ſacerdotium ipſum opus exiſtimet non dignitatem : proficiant eis honoris augmenta etiam ad incrementa meritorum, ut per hæc ſicut apud nos nunc aſciſcitur in ſacerdotium, ita apud te poſtea aſciſcatur in regnum. Per Dominum. *Reſpondeant epiſcopi.* Amen.

Sequitur benedictio de ſeptiformi Spiritu.

Spiritus-ſanctus ſeptiformis veniat ſuper te, & virtus Altiſſimi ſine peccato cuſtodiat te, & omnis benedictio quæ in ſcripturis ſanctis ſcripta eſt ſuper te veniat. Confirmet te, Deus Pater, & Filius, & Spiritus-ſanctus, ut habeas vitam æternam, & vivas in ſæcula ſæculorum. *Reſpondeant epiſcopi.* Amen.

Poſt hæc conſecrator inchoat, proſequente ſcola, hanc antiphonam : Unguentum in capite, &c. *ut in Pont. Rom. Pſal.* Ecce quam bonum, &c. *totus dicatur cum* Gloria. *Et ſi neceſſe fuerit, antiphona poſt verſum quemlibet repetatur.*

Inchoata autem antiphona, mox confirmet & inungat ambas manus illius & pollices cum chriſmate, producendo lineas duas cum pollice ſuo inuncto, & inungendo totaliter palmas, ſicut in unctione manuum ſacerdotis, ſed non cum oleo ſancto, ſed de chriſmate, & perungendo dicat conſecrator tam ipſe quam alii epiſcopi.

Ungantur manus iſtæ & ſanctificentur, & in te Deo Deorum ordinentur. Ungo has manus oleo ſanctificato & chriſmate unctionis purificato, ſicut unxit Moyſes verbo oris ſui manus ſancti Aaron germani ſui, & ſicut unxit Spiritus-ſanctus manus ſanctorum Apoſtolorum; ita ungantur manus iſtæ, & ſancti † ficentur, & conſe † crentur, ut in omnibus ſint perfectæ, in nomine tuo, Pater, Filiique tui, atque æterni Spiritus-ſancti, qui es vivus ac ſummus Deus omnium vivorum & mortuorum manens in ſæcula ſæculorum.

Benedictio & conſecratio pollicis dextri.

Quo facto, tam conſecrator quam alii epiſcopi dicant hanc orationem, ſive benedictionem quæ ſequitur :

Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui te ad pontificatus ſublimari voluit dignitatem, ipſe qui per Samuelem David in regem & prophetam inunxit, te noſtro miniſterio chriſmate & myſticæ delibutionis liquore perfundat, & ſpiritualis benedictionis ubertate fœcundet, ut quidquid benedixeris benedicatur, & quicquid ſanctificaveris ſanctificetur, & conſecratæ manus tuæ vel pollicis impoſitio cunctis proficiat ad ſalutem. Per eumdem Dominum. *Reſpondeant alii epiſcopi.* Amen.

TTt ii

Un autre rite d’avant l’an 300 (Partie 5/7)

CAPUT VIII. ART. XI

In quibuſdam tamen eccleſiis, palma dextræ manus tantum inungitur cum chriſmate & oleo ſimul mixtis, primo per conſecratorem, & poſtea per omnes epiſcopos ſucceſſive, & deinde pollex ejuſdem manus inungitur cum chriſmate tantum per ſolum conſecratorem. Hoc tamen nec jus, nec Eccleſiæ Romanæ mos commendant: ideo modus ille minime valet nec ſervatur.

Præmiſſis itaque expeditis, tam conſecrator quam conſecratus manus lavent, & tergant: & habeatur bombax, & ſuper bombacem pannus, ſeu infula linea ad modum tonſuræ, & ponatur ſuper tonſuram inunctam. Poſt hæc præſentetur conſecratori ab acolytho baculus paſtoralis benedicendus.

Benedictio baculi. Oremus.

Suſtentator imbecillitatis, &c.

Item alia oratio. Oremus.

Omnipotens & miſericors Deus, qui ineffabili bonitate votis ſupplicantium aſſiſtis, quique ex tuæ pietatis abundantia affectum petenti attribuis: baculo huic, quem ad paſtoralis officii ſignum in tuo nomine dedicamus, tuæ bene † dictionis vim copioſe infunde, ut eo paſtor inſignitus, ſic populum tuum ſollicitus cuſtodiat, quatenus ab unitate eccleſiæ, nullatenus deviare permittat, ſed fractum reintegret, quaſſatum conſolidet, ſeque una cum grege ſuo integrum tibi atque immaculatum conſervet. Per Dominum. *Reſpondeant epiſcopi.* Amen.

Deinde tradat ei ſemper genua flectenti baculum benedictum, dicens:

Accipe baculum ſacri regiminis ſignum, ut imbecilles conſolides, titubantes confirmes, pravos corrigas, errantes dirigas in viam ſalutis æternæ, cooperante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui cum Patre in unitate Spiritus-ſancti eſt honor, & gloria, virtus, & imperium. Per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſpondeant epiſcopi.* Amen.

Item alia.

Accipe baculum paſtoralis officii, &c. cenſuram non deſerens & cum iratus fueris, minime recorderis. *Reſpondeant alii epiſcopi.* Amen.

Sequitur benedictio anuli.

Deus totius creaturæ principium & finis, in quo clauſa ſunt omnia, hunc anulum bene † dicere & ſancti † ficare digneris, ut qui per eum famulo tuo honoris inſignia concedis, virtutum præmia largiaris, quo & diſcretionis habitum ſemper retineat, & veræ fidei fulgore præfulgeat, ſanctæ Trinitatis quoque armatus munimine, miles inexpugnabilis acies diaboli conſtanter evincat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſpondeant epiſcopi.* Amen.

Item alia benedictio.

Creator & conſervator humani generis, &c.

Tunc conſecrator anulum digito tenens, dicat: Accipe anulum diſcretionis, &c. ut ad æternam ſalutem omnibus conſulas gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre, *&c. ut in Ordine Romano.*

Et mox anulum benedictum quem tenebat digito illius imponat dicens: Accipe anulum fidei, &c. *ut in Pontificali Romano.*

CAPUT VIII. ART. XI.

Deinde det ei librum evangeliorum dicens: Accipe evangelium, & vade, &c. *ut in Pontificali Romano.*

Et mox in quibuſdam eccleſiis conſecrator aperit librum evangeliorum inter manus conſecrati, & videt pronoſticum de quo non eſt curandum.

Sequitur benedictio ejuſdem ſemper genua flectenti.

Populus te honoret, adjuvet te Dominus, quidquid petieris præſtet tibi Deus cum honore & caſtitate, cum ſcientia & caritate: dignus ſis, juſtus ſis, humilis ſis, ſincerus ſis, apoſtolus Chriſti ſis. Accipe bene † dictionem & apoſtolatum qui permanet in die iſta & in die futura: angeli ſint ad dexteram tuam & ad ſiniſtram tuam, ſit ſancta eccleſia mater tua, ſit Deus Pater tuus, ſint angeli amici tui, ſint apoſtoli fratres tui, & apoſtolatus tui gradum cuſtodiant. Confirmet te Deus in juſtitia & ſanctitate in eccleſia ſancta, angeli recipiant te, & pax tecum indiſcrepabilis per redemtorem Dominum noſtrum Jeſum, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. *Reſpondeant epiſcopi.* Amen.

Quo facto, conſecratus det oſculum pacis conſecratori, & pontificibus omnibus ſucceſſive, & quilibet dicat ei: Pax tibi. *Et ipſe reſpondeat cuilibet:* Et cum ſpiritu tuo. *Quo facto, ſequitur benedictio cathedræ epiſcopalis, & dicat conſecrator:*

Dominus vobiſcum. *Reſpondeant epiſcopi.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui diſtinctis ordinibus omnem militiam cæleſtem dignatus es in ſupernis ſedibus ordinare, quique B. Petrum apoſtolum in cathedram honoris totius eccleſiæ ſublimaſti, & Mathiam ejuſdem conſortem in throno apoſtolico reſidere voluiſti; quæſumus pro tua immenſa miſericordia, effunde in loco iſto gratiam tuam, ut ſit hæc ſedes cathedra honoris & honeſtatis, ac dignitatis in conſpectu majeſtatis tuæ, ad laudem & gloriam nominis tui, ad honorem eccleſiæ tuæ, ut quicumque in ea te eligente reſiderit; requieſcat ſuper eum gratia ſeptiformis ſpiritus tui, per Redemptorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat.

Finita benedictione cathedræ, duo epiſcopi benedictum in cathedram epiſcopalem mittant, quorum unus ſubſcriptas orationes dicat: Dominus vobiſcum.

Oremus.

Domine omnipotens, Pater ſancte, Deus æterne, qui omnem ordinem dignatus es in cæleſtibus ſedibus ordinare. In cælo, Domine, in æternum permanet verbum tuum, ubi angelos & archangelos ſuo tibi ordine mancipaſti, & in veteris teſtamenti privilegio Moyſen & Aaron & Samuel inter eos in ſacerdotibus tuis qui invocant nomen tuum, patriarchas & prophetas per unctionem ordinaſti, in novo per filium tuum Jeſum Chriſtum apoſtolos tuos, & præcipue apoſtolum Petrum in cathedra honoris univerſæ eccleſiæ propoſuiſti, & ſanctos Apoſtolos tuos ejuſdem conſortes pontificalis cathedræ dignitate ſublimare voluiſti, ſupplici devotione tuam petimus immenſam miſericordiam, ut det gratiam tuam huic fratri

Un autre rite d’avant l’an 300 (Partie 6/7)

CAPUT VIII. ART. XI. noſtro N. ad inſtar ſanctorum Apoſtolorum tuorum ſedentium in cathedra honoris & dignitatis, ut in conſpectu majeſtatis tuæ dignus honore appareat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſpondeant epiſcopi.* Amen.

Item alia oratio.

Domine Jeſu Chriſte, tu prælegiſti apoſtolos tuos, ut doctrina ſua nobis præeſſent, ita etiam vice apoſtolorum hunc epiſcopum doctrinam docere, & bene † dicere, & erudire digneris, ut immaculatam & illæſam conſervet. Per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſpondeant epiſcopi.* Amen.

His peractis, cantetur Alleluya. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. *Vel Tractus:* Deſiderium animæ ejus tribuiſti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum. ℣. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo, *uſque ad ultimum verſum.*

Et interim archidiaconus deducat illum ad veſtibulum ſeu ſacriſtiam, & caput ejus tergatur ſeu fricetur cum mica panis, vel bombace, & cum aqua lavetur. Quo facto, reducatur ad locum ſuum in medio epiſcoporum, & denuo repetatur Alleluya, *vel dicatur ultimus verſus Tractus.*

In quibuſdam tamen eccleſiis non lavatur caput conſecrati uſque in fine miſſæ omnibus expeditis, ſed uſque tunc manet infulatus, ut præmiſſum eſt.

Poſt hæc legatur evangelium ſecundum Marcum: Circuibat Jeſus caſtella, &c. *uſque* & ſanabantur.

Deinde dicat conſecrator: Credo in unum Deum. *Offertorium:* Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus, & renovabitur ſicut aquilæ juventus tua. ℣. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, & redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in miſeratione & miſericordia. ℣. Juſtitia ejus ſuper filios filiorum cuſtodientibus teſtamentum ejus & mandata ejus, ut faciant ea. Dominus in cælo paravit ſedem ſuam, & regnum ejus omnium dominabitur, & renovabitur ſicut aquilæ juventus tua.

Tunc conſecratus offerat ex inſtitutione Melchiadis papæ, & de more offerat duos panes, duas amphoras vino plenas, & duos cereos accenſos, & alia conſueta.

Poſt hæc paratis duabus hoſtiis ad conſecrandum, conſecrator intret ſecretam, conſecrato ad dextrum cornu altaris junctis manibus inter duos epiſcopos ſtante & concelebrante, & faciente ſigna, & voce ſubmiſſa dicente, omnia quæcumque fecerit & dixerit conſecrator. Secreta quæ dicitur ſub uno Per Dominum *cum ſecreta miſſæ dici.*

Oratio.

Suſcipe, Domine, munera, &c.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, &c. *ut in Pontificali Romano. Dicatur etiam communis infra actionem.*

Sane ante Agnus Dei, *dicat diaconus:* Humiliate vos ad benedictionem. *Et chorus reſpondeat:* Deo gratias.

Sequitur benedictio ſollemnis.

Deus ad quem reſpicit ſacerdotum ſolertia, regnantium victoria, populi diſciplina, qui ob hoc proponis pontifices, ut habeat clerus

vigilantiam, eccleſia reverentiam, plebs devota cuſtodiam, pauperes alimoniam, dignare hoc in nobis cæleſti fonte diffundere, quod diſpenſante ſacerdote, plebs pro ſalute poſſit haurire. Amen. CAPUT VIII. ART. XI.

Concedat agendi normam, loquendi fiduciam, vivendi temperantiam, monendi doctrinam. Amen.

Et impendente pontifice ſtudium, plebe aſſenſum, mereatur conſequi paſtor gratiam, & grex medelam. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, &c.

Conſecrator autem communicans poſtquam Corpus Domini ſumpſerit, non totum ſanguinem, ſed ſolum partem ejus cum parte hoſtiæ, quæ in calice miſſa fuit ſecundum morem Romanum ſumit. Reliquam vero ſanguinis partem in calice pro conſecrato ſeu conſecratis dimittat. Unde providendum eſt quod tantum de vino in calice ponatur, quod ſufficere poſſit.

Poſtquam ergo conſecrator hoc modo communicaverit, mox priuſquam digitos abluat, conſecratus à præmiſſis duobus epiſcopis ante altare deductus, de manu conſecratoris ſacram hoſtiam recipiat: ipſe tamen genua non flectat coram illo, ſicut faciunt ceteri ordinandi: immo ſi loci diſpoſitio permittat, conſecratus ſeu conſecrati ſtantes circa cornu altaris, ſicut concelebrando miſſam ſteterunt, poſſunt ibidem ſtantes ſupra illud communicare. Subſequenter diaconus calicem porrigendo communicet de eodem ſanguine. Poſtea pontifex digitos abluat cum vino ſuper calicem, & de ipſo vino iterum abluat os, de quo etiam ad abluendum os conſecratus ſeu conſecrati ſumere debent.

His expeditis, præſentetur conſecratori ab acolytho mitra benedicenda.

Benedictio mitræ. Oremus.

Domine Deus, Pater omnipotens, cujus præclara bonitas, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Et mox imponat mitram capiti conſecrati dicens: Imponimus, Domine, capiti hujus antiſtitis, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Deinde dicatur communio: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci, rogate ergo Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.

Poſtcommunio quæ dici debet cum poſtcommunione miſſæ dici ſub uno Per Dominum.

Oratio.


Plenum nobis quæſumus, Domine, *&c. ut in Pontificali Romano. Dicto* Ite miſſa eſt, *vel* Benedicamus Domino, *præſentet acolythus conſecratori chirothecas benedicendas.*

Benedictio.

Omnipotens creator, *&c. ut in Pontificali Romano. Et aſpergantur chirothecæ aqua benedicta, deinde imponantur vel per epiſcopos, vel per epiſcopum, vel per acolythos, manibus conſecrati, dicente conſecratore:* Circumda, Domine, *&c. ut in Pontificali Romano.*

Præmiſſis omnibus expeditis, conſecrator accipiat eum per manum dextram, & unus ex ipſis epiſcopis per ſiniſtram, & inthroniſent eum, ponendo in cathedra. Tunc conſecrator ſtans ante cathedram incipiat excelſa voce Te Deum laudamus: *Et mox ſchola proſequente hymnum, ibi dimiſſo*

Un autre rite d’avant l’an 300 (Partie 7/7)



510 DE ANTIQUIS

CAPUT VIII. ART. XI.

consecrato, ipse revertatur ante altare manens ibi donec Te Deum *finiatur; quo finito, statim inchoat ibidem schola prosequente antiphonam* Firmetur, &c. Gloria Patri. *Et repetatur tota antiphona, qua finita, consecrator stans ante altare dicat:* Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum. Oremus. *Oratio.*

Deus omnium fidelium pastor, &c. *ut in Pontificali Romano. Et tunc ipse consecratus stans benedicat sollemniter clerum & populum dicens alta voce.* ℣. Sit nomen Domini benedictum. *Et hoc dicens, ducat signum crucis cum pollice dextra manus supra pectus suum:* ℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum. ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Et hæc dicens format signum crucis cum duobus digitis ante faciem suam.* ℟. Qui fecit cælum & terram. *Tunc episcopus dicat:* Benedicat vos omnipotens Deus, Pater †, & Filius, † & Spiritus sanctus †. *Et hæc dicens, benedicat populum ex omni parte.* ℟. Amen. *Et mox consecratus descendens de cathedra, & procedens ad altare, vocatis canonicis ecclesiæ metropolitanæ, libro evangeliorum super altare posito, faciat metropolitano hanc professionem, quam tamen quidam metropolitani post examinationem ante consecrationem, vel priusquam missam incipiant fieri faciunt ad cautelam. Tenens igitur consecratus cum ambabus manibus librum vel cartulam hæc continentem, super altare, & super librum evangeliorum legat ita dicens:*

Ego N. talis ecclesiæ vocatus episcopus promitto in conspectu omnipotentis Dei atque totius ecclesiæ quod ab hac hora in antea fidelis & obediens ero perpetuo Beato N. sanctæque Lugdunensi ecclesiæ, &c. *ut in Pontificali Romano, in Ordine scrutinii.*

Quando vero aliquis qui non est episcopus in archiepiscopum consecratur, sub forma præmissa per omnia proceditur; & cum apud sedem apostolicam palleum alicui traditur, unus de diaconis cardinalibus vel archipresbyter ecclesiæ Romanæ, scilicet Lateranensis illud sumens de altari dicat hoc modo.

Accipe palleum sumptum de corpore B. Petri, & in hoc palleo accipe plenitudinem officii tui, & potestatem celebrandi concilia, & consecrandi episcopos.

Sequitur edictum quod metropolitanus tradit in scriptura consecrato.

Dilecto nobis fratri coepiscopo N. Quoniam ut credimus divino te nutu vocante, &c. *ut supra pag.* 420.

Quæ sequuntur de aliis ordinibus, cum singulare nihil contineant, ut & plures alios Ordines, quos ex variis pontificalibus libris colligere potueramus, ultro prætermisimus. Et sane quæ hactenus & retulimus & observavimus ea sufficere eruditis lectoribus haudquaquam dubitamus.

ORDO

ECCLESIÆ RITIBUS. LIB. I. 511

CAPUT VIII. ART. XI.

ORDO XIX.

Ex Græcorum Euchologio.

ORDO FIERI SOLITUS IN ORDINATIONE LECTORIS ET CANTORIS.

Offertur ejusmodi ordinandus pontifici: si sæcularis quidem est, in solita veste & capite nudato; si vero monachus, mandya indutus. Et à pontifice ter in capite signatur, & in crucis formam tondetur ab eo dicente: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti. *Ad uniuscujusque personæ invocationem astantibus succlamantibus,* Amen. *Mox ex integro in clerici formam ab aliquo tondetur, atque ita rursus pontifici offertur: qui tunica accepta eum induit: & usque tertio caput ejus signans, manu illi imposita sic precatur.*

Domine Deus omnipotens, elige servum tuum hunc, & eum sanctifica, & cum omni sapientia & intellectu, divinorum verborum tuorum meditationem & lectionem obire concede, inculpata conversatione custodiens illum. Misericordia, & miserationibus, & humanitate unigeniti Filii tui, cum quo benedictus es cum sanctissimo & bono & vivifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in, &c.

Et post exclamationem codex apostolicus Lectori traditur: qui modicum quid perlegens, pacem à pontifice accipit.

Si vero cantor ordinetur, propositum è psalterio dicit: Et si plures simul Lectores ordinentur; oratio in plurali pro eis recitatur: Sciendum quod quando missa non celebratur, benedictionem præmittit pontifex, & canitur: Rex cælestis ter sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. *Et modulum diei dicimus. Mox vero officium, ut præscriptum est, peragitur.*

ORDO IN PROMOTIONE CANTORIS.

INgreditur diaconus diaconicum.

In pace Dominum precemur.

Pro servo Dei N. promovendo, & pro sanitate & salute ejus à Deo impetranda, Dominum precemur.

Pro episcopo N. & opere manuum ejus: Dominum precemur.


Ut liberemur. Suscipe. Sanctissimæ.

Deinde dicit pontifex orationem hanc.

Dominator Domine, omnipotens Pater Domini & Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, te rogamus & precamur benigne. Servus tuus N. ad tuam sanctam ecclesiam confugit: illumina illum, ut suaviter canat, spiritualia cantica exordiatur, spirituali & sancto tuo obsequio dignum fac illum. Timore tuo sanctifica, gratia tua serva illum: ut juxta beneplacitum tuum vivens, ad sancti tui Spiritus dona majora vocetur, gratia & miserationibus & humanitate Unigeniti Filii tui, cum quo benedictus es cum sanctissimo & bono, &c.

Tom. II. VVu

Un forme essentielle invariable depuis avant l’an 300



Élimination radicale de la forme essentielle de rite latin

Pie XII, en 1947, dans *Sacramentum ordinis* a désigné les paroles de la préface qui constituent la forme essentielle.

Comple in Sacerdote tuo ministerii tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructum coelestis unguenti rore sanctifica

Paul VI a désigné en 1968 dans *Pontificalis romani* une autre forme essentielle qui ne conserve RIEN de la forme essentielle fixée infailliblement par Pie XII.

Et nunc effúnde super hunc Eléctum eam virtútem, quæ a te est, Spíritum principálem, quem dedísti diléctο Fílio tuo Iesu Christo, quem ipse donávit sanctis Apóstolis, qui constituérunt Ecclésiam per síngula loca ut sanctuárium tuum, in glóriam et laudem indeficiéntem nóminis tui.

« C'est là un fait d'une énormité sans pareille ! Il ne reste pas un seul mot, pas une seule syllabe de la partie que le Pape Pie XII venait juste (1947) de définir infailliblement essentielle et absolument requise pour la validité du sacre épiscopal !
Cette forme essentielle et nécessaire à la validité a été TOTALEMENT supprimée du *nouvel ordinal de Paul VI* ! » Abbé V.M.Zins, 2005

21 ans après la promulgation infaillible par Pie XII de la forme essentielle,
invariable pendant plus de 17 siècles, Paul VI la supprime totalement